mulierum contexere originem, ideo de eis
taceo, preterquam de una que domicella
Johanna de Lucembourg^a^ est appellata. Hoc
non^b^ obstante voluptatibus mundi quibus
abici poterit^c^ si velit exemplo sui fratris
sanctissimi Petri, omnibus postpositis Deo
et virgini gloriose in virginitatis pudore perma-
net abdicando sponte amplexus maritales.
Hec de sua progenie dicta sufficiant.
De eius autem vita ut nobis eius exemplo
aliquid ergo^a^ imprimi poterit disseramus.
Hic sanctus Petrus velut Daniel propheta spiri-
tu prophetico illustratus et adhuc puerulus
~~exem~~ exemplo sanctissimi confessoris Nicholai
multo ieiunio macerabat corpus et velut
alter Petrus firmus in petra fidei extra locum
sue nativitatis qui fuit in castro Liveacen^a^
quod est in Barrois non poterat educi
donec plene imbutus fuerat in oratione
dominica Ave Maria articulis^a^ fidei et
matutinis virginis regine^b^ gloriose, non obite^x^ quod
totum ingenium humanum fuerit adhibi-
tum in vehiculo curribus et equis imposito
adhuc existente sine loquela nutricis sub
lacte, viis et modis multum perficiendum.
Tandem hiis imbutus missus Parisius ad
omnium universitatum fontem, ubi quod
sitivit de doctrina hausit habunde
et postea seminavit illud in eruditione
sana cum honestate morum necnon et
vite iuxta illud: Sic luceat lux vestra
coram hominibus, ut videant opera vestra
bona et glorificent ~~[illegible]~~ patrem vestrum
qui in celis est. Factus ergo bachalau-
reus iuris canonici non   c) cepit studere
sed tanquam bonus   b) mellita florum

Margin notes:

Zwischen appellata und hoc in C. kein Zwischenraum — a/ Lucembourg c.

b/ nō c.

c/ potit c.

Ist von Petrus wieder die Rede!

a/ g° c.

a/ liveacen c.

a/ arti^lis^ c.

b/ matutinis Gregorii c. Gibt ein ? aber der Schreiber hat es gleich s sein.

x/ ob^te^ c. (?)

sic c.!

a/ agmē c.

b/ ag^la^ c.